

132. *Mercurius* Vulgi præparatus pro Aqua Vitæ metallica habet.

133. *Mercurius* passivus, & Menstruum externam formam *Mercurij* amittere nullo pacto debent.

134. Quicumq; loco *Mercurij* currentis (ad complendum Philosophorum opus) utuntur sublimato, aut pulvere calcinato, vel præcipitato, falluntur, & pessimè hallucinantur.

135. Quicumque *Mercurium* in aquam Claram resolvūt, ad perficiendum opus Philosophicum, graviter errant.

136. Ex Aqua limpida componere *Mercurium* & conficere, in nullius est potestate quàm naturæ.

137. Necessario requiritur in Magno opere Physico, ut crudus *Mercurius Solem* in *Mercurium* resolvat.

138. Si *Mercurius* est in Aquam reductus *Solem* solvit in Aquam, & in opere Lapidis summè necessarium est, ut in *Q̄riū* solvatur.

139. Sperma & Menstruum externas formas habere serviles oportet.

140. Philosophorum dictura proditum est, quod Naturam necessariò debeamus imitari: Si igitur Menstruum siccum fuerit, frustra speratur Solutio.